Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



unicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno
corpore multa membra habemus. omnia autem membra non eundem
actum habent: ita multi unum corpus sumus in xpo. singuli
autem alter alterius membra in xpo ihu dno nro. Sedm
Qvm factus est ihc annos duodecim ascendentibus illis in iherusalem secundum lucam.
consuetudinem diei festi. consummatisq; diebus cum redirent remansit puer ihc in iherusalem.
et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in
comitatu. uenerunt iter diei. Et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inuenientes: regressi sunt in iherusalem requirentes eum. Et factum est post triduum: inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos. et interrogantem eos.
Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia
et responsis eius. Et uidentes: admirati sunt. Et dixit mater
eius ad illum. fili quid fecisti nobis sic: Ecce pater tuus et
ego dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod
me quaerebatis: Nesciebatis quia in his quae patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt quod locutus est ad illos. + ihu
Et descendit cum illis et uenit nazareth: et erat subditus
illis: Et mater eius conseruabat omnia uerba haec: in corde
suo. Et ihc proficiebat sapientia et aetate et gratia apud deum et homines. In Octa Epiphe. Lectio ysaie pphete
In diebus illis: Dixit ysaias: O
ne deus meus honorificabo te. laudem tibi dicam nomini tuo: quia fecisti mirabilia
tua. Consilium tuum antiquum fidele fiat. Dne: excelsum est
brachium tuum: exaltata est gloria. Exultet deserta: exul-
tent solitudines iordanis. Et ppls meus uidebit altitudinem
dei. et maiestatem dei. Et erit congregatus et redemptus pdm:
et ueniens in syon cum laude et letitia sempiterna erit super